

Ovid Amores I 11

Colligere incertos et in ordine ponere crines
docta neque ancillas inter habenda Nape,
inque ministeriis furtivae cognita noctis
utilis et dandis ingeniosa notis,
saepe venire ad me dubitantem hortata Corinnam, 5
saepe laboranti fida reperta mihi—
accipe et ad dominam peraratas mane tabellas
perfer et obstantes sedula pelle moras!
Nec silicum venae nec durum in pectore ferrum
nec tibi simplicitas ordine maior adest. 10
Credibile est et te sensisse Cupidinis arcus—
in me militiae signa tuere tuae!
Si quaeret quid agam, spe noctis vivere dices;
cetera fert blanda cera notata manu.
Dum loquor, hora fugit. Vacuae bene redde tabellas, 15
verum continuo fac tamen illa legat.
Adspicias oculos mando frontemque legentis;
et tacito vultu scire futura licet.
Nec mora, perlectis rescribat multa, iubeto;
odi, cum late splendida cera vacat. 20
Conprimat ordinibus versus, oculosque moretur
margine in extremo littera rasa meos.
Quid digitos opus est graphio lassare tenendo?
Hoc habeat scriptum tota tabella: 'Veni!'
Non ego victrices lauro redimire tabellas 25
nec Veneris media ponere in aede morer.
Subscribam: 'VENERI FIDAS SIBI NASO MINISTRAS
DEDICAT, AT NUPER VILE FUISTIS ACER.'

Gloser til Ovid Amores I 11

- colligo, -legi, -lectum, 3: samler.
- doceo, docui, doctum, 2: lærer (m. tings- og person-objekt).
- ancilla, -ae, 1 f.: slavinde.
- ministerium, -i, 2 n.: opgave (for en hjælper, *minister*).
- furtivus, adj. 1-2: stjålen.
- ingeniosus, adj. 1-2: smart, opfindsom (egt. fuld af *ingenium*, medfødt talent ell. lign.)
- nota, -ae, 1 f.: tegn.
- 5 hortor, 1 dep.: opfordrer, opildner.
- laboro, 1: har det hårdt.
- reperio, repperi, repertum, 4: finder.
- peraro, 1: gennempløjer; skriver med griffel på vokstavle.
- tabella, -ae, 1 f.: skrivetavle (plade belagt med voks, *cera*).
- obsto, obstiti, -, 1: står i vejen.
- sedulus, adj. 1-2: omhyggelig.
- pello, pepuli, pulsum, 3: støder væk.
- mora, 1 f.: tøven, forsinkelse.
- silex, -licis, 3 m.: (hård) sten, flint.
- vena, -ae, 1 f.: åre (f. eks. blodåre).
- 10 simplicitas, -atis, 3 f.: simpelhed, naivitet.
- ordo, -dinis, 3 m.: række, orden; det passende.
- arcus, -us, 4 m.: bue(skud).
- militia, -ae, 1 f.: krigstjeneste (en hyppig metafor for det, den elskende oplever).
- tueor, tuitus sum, 2 dep.: bevar, beskyt, respekter.
- blandus, adj. 1-2: indsmigrende, veltalende, overtalende.
- vacuus, adj. 1-2: tom; fri, uforstyrret. 15
- continuo, adv.: straks, ufortøvet.
- mando, 1: giver i opdrag, giver som opgave, befaler.
- frons, -ntis, 3 m.: pande.
- vultus, -us, 4 m.: ansigt(sudtryk).
- perlectis, sc. *litteris*.
- jubeto, *fut. imperativ*.
- vaco, 1: er tom. 20
- versus, -us, 4 m.: linje; vers.
- moror, 1 dep.: holder tilbage, bremser; tøver med.
- rado, rasi, rasum, 3: udsletter, fjerner.
- digitus, -i, 2 m.: finger.
- graphium, -i, 2 n.: griffel.
- lasso, 1: trætter.
- redimio, 4: binder op med (i en krans). – Sejrrige generaler sendte ofte deres sejrsmedaling tilbage til Rom på skrivetavler bundet ind i laurbær-grene. Den sejrrige general bar laurbærkrans under sit triumftog op på Kapitol, hvor han satte sine trofæer op i Jupiters tempel. 25
- aedes, -dis, 3 f.: tempel.
- dedico, 1: sætter op som ære til en gud, dedicerer.
- nuper, adv.: for nylig.
- acer, -ris, 3 n.: ahorn.